

**1767** Cividati in marmore formoso prope portam maiorem ANGEL. MARCAN.; C. in marmore formoso apud palatium RED.; C. prope palatium in porta CHIG. similiterque RELIQUI AUCTORES qui pendent a Kiriaco; quare quod legitur in cod. Parmensi cum praescriptione 'item in marmore formoso' inter Altinates, non potest non esse erratum, ita opinor ut exciderit post loci indicationem titulus vere Altinas (a Kiriaco relatus in comm. Barb. editis p. XXVI n. 192) una cum loci indicatione titulorum Civalensium. Nam collocasse Kiriacum Altinum antiquum ibi ubi nunc est Cividale et per se parum credibile est et inde refellitur, quod in commentariis Barberinis quem Altini collocat lapidem, eum constat stetit Torcelli; vidisse autem eum a quo venit exemplum Parmense titulum Altini, eum vero a quo pendent reliquae syllogae saeculi XV ibi ubi nunc est Cividale, non magis admitti potest, cum utrumque exemplum proficisci ab eodem homine, scilicet Kiriaco, non solum aliis ex causis probabile sit, sed plane certum propter verba 'in marmore formoso' tam in Parmensi quam in reliquis libris scriptis pariter praemissis. — Cividale in porta S. Petri ad dextram PANV. In vico D. Petri MANUT. *Sotto il portone della seconda cinta de' muri nel borgo di S. Pietro* ZANC. Prope portam veterem civitatis ad S. Petrum in pariete publici armamentarii A TURRE. *Sul muro esterno sotto il voltone della Gastaldia nel borgo di S. Pietro* FURL. similiterque ORL. EGO. — Patavii APIAN.

T · VETTIDIVS  
T · F · SCAPT  
VALENS  
IMI · VIR · IVR · DIC  
5 QVINQ · PONT  
SIBI · ET  
T · VETTIDIO  
POTENTI · FIL  
EQVO · PVBLICO  
10 ANNOR · XX · M · III · D · V  
T · F · I

Contuli. Exemplum quod videtur esse Kiriaci exhibent cod. Parm. f. 56; Angelicanus f. 32'; Chig. I, VI, 203 f. 23; Marcanova Bernensis n. 446; Redianus f. 131; Felicianus (codd. Marc. et Ver.); Ferrarinus cod. Par. f. 163, cod. Reg. f. 130' (inde Mur. 756, 6 ex schedis Farnesiis); Iucundus f. 178; Sanutus f. 269; item Apianus 344, 1, a quo sumpserunt scriptores Patavini Scardeonius p. 64 et Orsato 1652 p. 332. Aliunde Hier. Bologna cod. Cicognae 1873 f. 93; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 135; Manutius Vat. 5237 p. 139 a R. Cyllenio; Valerianus ant. Bell. p. 50, cui dedit Ambr. Regiensis; Smetius 75, 1 = 162, 2 ab alio (inde et ex Apiano Grut. 486, 1); Locatello ms.; Zancarolo p. 68; a Turre p. 331 (inde Bertoli p. 126 n. 118); Pococke cod. 22994 f. 38; Furlanetto p. 135 n. 128 qui vidit; Arneht *Wiener Denkschr.* 1, 278; d'Orlando *disc. fun.* in app. A prioribus Orelli 3863. 3901.

2 STA · P · T exempla Kiriicana omnia excepto Parmensi. — 4 DI etiam Kiriacus.

**1772** litteris antiquioribus. — In Civitate Austriae dicta Cividatum in patria Foroiliensium COD. ANGEL. RED. SANUTUS similiterque, sed brevius, reliqui AUCTORES KIRIACANI, nisi quod 'in porta ecclesiae S. Dominici' addit FELICIANUS (Veron. solus, non Marcianus). *Appresso la porta di dentro Borgo S. Domenico* ZANCAROLO; non longe ab ecclesia S. Dominici ad portam semirutam interni antiquissimi murorum civitatis ambitus A TURRE; *Borgo S. Domenico, casa Desabbata* ORLANDUS ibidemque vidi EGO. — Muggiae in Istria 'in marmore ablato a Civitatensibus' TOMITANUS, Muglae BEMB., Tergeste MARULUS et AMBROS. C 61; at vix crediderim de tituli diu ante a Kiriaco Cividale visi ex Istria asportatione memoriam certam exstitisse aetate Tomitani. — Patavii in Foro Iulii APIANUS, quod corruptum esse opinor ex Kiriacanis in patria Foroiliensium; unde Patavii collocant GRUT. aliique. Tarvisii PANV.

C · ARRIVS · C · F  
MONVMENT  
SIBI · FIERI · IVSSIT  
SEX · ACILIVS · C · F ·  
5 HERES · FECIT

Contuli. Descripsisse videtur Kiriacus eiusque esse exemplum quod exhibent cod. Ottob. 2967 f. 103, cod. Angel. f. 32'; cod. Chig. I, VI, 203 f. 23; Marcanova Bern. n. 444; Redianus f. 131; Felicianus (codd. Marcian. et Veron.); Ferrarinus cod. Par. f. 164, cod. Reg. f. 70'. 130' (illo loco versuum ordine retento); Iucundus f. 177; Sanutus f. 269; indidem opinor Apianus 341, 5, a quo pendent Grut. 858, 10 scriptoresque Patavini Scardeonius p. 64, Orsato 1652 p. 331. 1678 p. 56, Furlanetto p. 342 n. 406. Aliunde inter Istriana Tomitanus f. 20 (inde Carli 3 p. LV, ex Carlio Kandler *iser.* Istr. n. 514), Bembus f. 103', Peutinger 526 f. 110', Marulus n. 81, cod. Ambros. C. 61 f. 74. Item dederunt Hier. Bologna in antiq. cod. Tarvis. f. 51 et cod. Cicognae 1873 f. 93, Bellonus n. 100; Capodaglio II; Panvinius cod. 6036 f. 30 versibus recte divis; Manutius Vat. 5237 p. 139 a R. Cyllenio; Locatello ms.; Zancarolo p. 78; a Turre p. 334 (inde Bertoli p. 193 n. 216); d'Orlandi *disc. fun.* in app.

**1768** Cividale; 'periit' ZANC.

.....  
..... AGATHVS Locatello ms. ex schedis  
#I · LIBERORVM · IVS Nic. Macheropii; ex illo  
a DIVINA · MAIES ta pendent Zancarolo p. 81,  
5 te CONSECVTVS ... qui vidit ipse ante quam  
ui VIR · AVG · AQVILEIAE periret, sed non descrip-  
FECIT · SIBIQUE sit, et Bertoli p. 438 n. 654  
et in epist. ad Mur. (inde Mur. 1028, 1. 2048, 10).  
2 LIBEROR Zanc. Bert. Cf. Orell. 3750. —  
5 secundum usum Aquileiensium requiritur VIVIR ·  
ET · AVG.

**1769** Cividale in pavimento ecclesiae.

SPIN  
ANVS  
AL · ET  
coniugi s'AE  
et SIBI

Locatello ms.; Zancarolo p. 77.  
4 om. Zanc.

**1770** in Maimaco nella casa de' Pontoni nel muro appressa la porta di una cucina.

ABSOL  
ET · SIGNA duo  
A H E N ea  
CORIL  
5 A P O L  
□ P · PE

Zuccolo ms.

**1771** in S. Pietro sopra Cividale vicino a Broxas [cf. Paul. Diac. hist. Lang. 5, 23] ed al Ponte.

APILIA · CAELERINA · VIVA · POSVIT  
SIBI

Del Torre in cod. bibl. Marc. Lat. XIV n. 50 f. 3, qui codex nuper asportatus est Vindobonam.

**1773** Cividale rep., extat ibi in museo.

M · AVLO  
VITIACO  
HVI TIACI · F  
— 11 — 11 —

Descripsi. Ed. male Brignoli *Giorn. Arcad.* 17 (1823) p. 407.

**1774** in lapide rotundo Moimaci prope Cividale in turri campanaria. — Aquileiae MUR.

D · M  
CAMPILAEAE  
APHRODISIAE  
ANNO · XX · M · X

Locatello ms., a quo videntur sumpsisse reliqui: Zancarolo p. 81; a Turre cod. Marc. Lat. cl. XIV n. 50 f. 3, ed. p. 400 (inde Mur. 1650, 16; Bertoli p. 143 n. 143); Pirona ms., citans etiam exempla Sturoli et Orlandi.

Sic Loc. ms. et Zanc.; 3 APHRODISIAE Turrius ms., APRODISIAE Turrius ed., APHRODISIAE Orl. — 5 ANN Turr.